

Fridericus cardinalis archiepiscopus Gne:  
snensis, Wladislao regi Hungarie.

33

Serenissime princeps et domine germane  
domineque gratiosissime. Puto satis no:  
tas esse vestra maiestati inscriptiones,  
et fœdera facta, et ab antiquo, et tempo:  
re serenissimi olim principis et domini,  
domini Iohannis Alberti regis germani nos:  
tri communis, inter Hungaria et Polo:  
nia regna, ac inter terram Moldavia, de  
observanda pace et amicitia perpetua, quæ  
fœdera suo quod semper observata fue:  
runt et tenta ab hoc regno ita ut dece:  
bat, verum palatinus Moldavia, nescio qua  
spe animatus, et quamvis antea sæpius,  
nunc tamen aperte et sine ulla dissimu:  
latione ea violat ac infringit. Intravit enim  
nuper cum exercitu copioso suorum homi:  
num, et Thurcorum, et machinis bellis,  
in terras Podolia, volens eas occupare,  
ita ut animo suo concepit, et iam redigit  
in suam potestatem villas et oppida regni,  
castra oppugnat, subditosque regis maiesta:  
tis ad suam obedientiam compellit, quod  
ut videatur cum minori iniuria facere, ha:  
bet apud se oratores vestra maiestatis, ve:  
luti arbitros, qui eius ausibus temerariis  
assistunt, in magnam ignominiam nostram  
et

et gravem iacturam regie maiestatis, et ipsius  
reipublice. Ego igitur, cui ad presens re-  
gni provisio est commissa, volui haec signi-  
ficare vestrae maiestati, ut intelligere possit,  
que nobis inferuntur ab homine sub-  
iecto eidem, rogoque vestram maiestatem  
humillime, velit me edocere, si bellum ei  
homini sit indicendum contra iuramenta  
et inscriptiones factas, facereque id liceat ci-  
tra indignationem vestrae maiestatis, in eius  
tutela et patrocinio, quod ipsum dolentius  
est, quia ipse spernens talia fecit,  
qua prius nunquam facere audebat, tum  
et pro sua quoque benignitate continere i-  
psam dignetur vestra maiestas ab inter-  
ceptis, et mandare ut exeat de regno, et  
ulterius in nos grassari non audeat con-  
tra ius et fas, atque omnem christianam  
mansuetudinem. Satis enim superque iam  
crudelitatem suam in nos exercuit, et Tar-  
taros in regnum irrumperere permisit, qui  
cum ferina crudelitate savientes in omnem  
populum, multas caedes, rapinas, incen-  
dia longe lateque fecerunt, ades et vasa  
sacra prophanarunt, nec abstinuerunt ma-  
nus a violatione sacramentorum. Certo au-  
tem sciat vestra maiestas, serenissimum  
dominum nostrum, cum feliciter ex Li-  
thuania redierit, facturum cum eodem pa-  
latino equum finem, si quid ei in con-  
finibus

1502.

Ex Arch. Regni

finibus terminandis a regno debetur.  
 Iterum rogo vestram maiestatem, compe-  
 scat hominem ab ulteriori violentia, et  
 intelligere dignetur ipsum scire in vi-  
 scera ipsa patrie vestrae maiestatis, cum  
 magna animi angustia serenissime ge-  
 nitricis, et magno periculo fratrum, ac  
 totius domus nostrae. Commendo me hu-  
 millime vestrae maiestati ut domino gra-  
 tiosissimo, quem dominus Deus valere  
 semper faciat et in omnibus fortunet.  
 Datum 1502.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.